



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 131. Synodus cum Græcorum consensu Florentiam translata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. CXXXI.

Sæcul. XV.

A.C.1438.

*Synodus cum Græcorum consensu  
Florentiam translata.*

Hæc translatio promulgata est in Ses- Conc. gener.  
sione decima sexta, quæ inter Fer- to. 13. p. 218.  
rarienses postrema, & nonnisi decima Ja-  
nuarii die anni sequentis habita est. Pa-  
pa Græcis aliquam eorum, quæ illis de-  
bebantur, subsidiorum partem numerari  
iussit; Constantinopolin quoque nonnul-  
la pecuniarum subsidia missa fuere, ac  
præterea conventio olim cum Græcis fa-  
cta innovabatur, qua omnes sumptus, ut  
Florentiam petere, ibidemque commora-  
ri, ac tandem ad sua reverti possent, li-  
beraliter suppeditatum iri promittebatur,  
sive demum Ecclesiarum unio sequeretur,  
sive non. Quibus ita compositis  
quisque suo sese itineri accinxit. Nos  
autem, donec Græcos Florentiam perve-  
nisse continuata historiæ series monuerit,  
ad alia in hunc annum memoratu di-  
gna excurremus.

§. CXXXII.

*Burgundiæ Ducissa Galliam inter  
& Angliam pacis conci-  
liatrix.*

Cum Francia adversus Angliam conti-  
nuis bellis involveretur, Isabella seu  
Elisa-